

III.

Kleine Beiträge

zur

Geschichte der Stadt Borgentreich.

Mitgeteilt von F. X. Schrader, Pfarrer in Naujungen.

1. Johann (Graf von Hoya) Bischof von Paderborn bestätigt die Stiftung des Armenhospitals zu Borgentreich seitens Johannes Schuwen des Altern und seiner Söhne Johannes und Bertold, sowie Heinrichs von Swedekessen (Schwelhausen), Benefiziaten der (Dom-) Kirche zu Paderborn. 1395. Mai 19.

(Nach verstümmelter, alter Abschrift in der städtischen Registratur zu Borgentreich.)

In nomine Domini Amen. Nos Johannes Dei gratia Paderbornensis electus episcopus et confirmatus, ad universorum notitiam tam presentium quam futurorum cupimus pervenire, quatenus dilecti nostri Joannes Scuwren senior, Joannes et Bertoldus eius filii, famuli, ac Henricus de Swedekessen, presbiter in ecclesia Paderbornensi beneficiatus, quo ad statum vite future, pro sua, suorum carorum animarum salute pio moti desiderio salubriter prospicere et utiliter providere desiderantes hospitale quoddam pauperum et debilium in oppido nostro Borgentrike de beneplacito et pleno consensu proconsulis et consulum ac totius civitatis eiusdem oppidi instaurare cupientes elemosinas de bonis sibi a Deo collatis donatione perpetua inter vivos et irrevocabili Joannes videlicet et eius filii predicti de consensu et voluntate omnium suorum heredum, quorum

consensus merito ad hoc requiri debuit, centum et viginti florenos Renenses cum omnibus iuribus et pensionibus ex inde comparatis, pro ut inferius cunctio plenius continet, et Henricus presbiter predictus domum et curiam inter domos Hermanni Greven et Conradi Sconeckost situatas cum omnibus suis pertinentiis a Joanne de Zidessen, oppidano ibidem predicto, specifica summa predicta comparatas pro habitatione perpetua et sustentatione duodecim pauperum et debilium modo inferius notatis instruendorum libere et absolute perpetuis temporibus habendas et possidendas et ab omni onere et debito iuris civilis una cum pauperibus et debilibus inibi perpetuo commorantibus per proconsulem et consules ac totam communitatem dicti oppidi pure propter Deum libertatas in perpetuum assignaverunt, donaverunt et deputaverunt, quos etiam et nos a communis domorum censu ibidem consueto, videlicet quatuor denariorum et unius pulli libertamus in his scriptis adiectis moderatione et conditionibus infrascriptis, videlicet quod iam dicti instauratores, quamdiu vixerint, cohercionem, institutionem et destitutionem predictarum personarum, quarum sex erunt mares seu viri bone fame de consilibus predicti oppidi vel alii viri idonei oppidani ibidem depauperati seu viribus destituti et sex femine seu puelle senes similis conditionis depauperate et honeste in segregatis habitunculis ab ipsis viris commorantes et equales portiones de redditibus, elemosinis et bonis assignatis et assignandis percipientes, ad quam dispositionem seu bonorum et reddituum, ut premittitur, inter ipsos pauperes distributionem iidem instauratores unum idoneum et honestum procuratorem seu provisorem de consilio sive de communitate dicti oppidi, quem ad hoc duxerint eligendum impertem sollicitudinis sibi assumere poterunt absque contradictione cuiuscunque, qui in-

iunctum sibi officium sub consueta fide et iuramento fideliter respiciat et utiliter exequatur secundum exigentiam presentium et tenorem plenam ipsis computationem semel in anno faciendo instauratoribus predictis similiter de medio sublatis pauperum et debilium in hospitali memorato cohercio ac provisoris seu provisorum pro tempore institutorum et destitutorum nec non omnium bonorum ad ipsum hospitale deputatorum seu deputandorum ordinatio penes proconsulem et consules prefati oppidi Borgentrike pro tempore existentes debebunt iugiter permanere, qui omnes et singulariter singuli in sua institutione seu electione ad dignitatem seu officium proconsulatus vel ad ipsum consilium singulis annis sub suis iuramentis corporalibus consuetis spondebunt et promittent presentem ordinationem in omni modo et forma, ut premittitur et subsequitur, fideliter et inviolabiliter observare, dolis et fraudibus preclusis, hoc adiecto, quod, quoties aliqua persona de ipso hospitali decesserit, toties proconsul pro tempore existens cum duobus senioribus cum senioribus de consilio una cum aliorum consulum consensu sub obtestatione fidei et honoris sui iuxta conscientiam ipsorum aliam personam indigentem idoneam instituere et reponere debebunt conditionis talis, ut est dictum, post decessum persone defunctorum absque ulteriori protestatione, in quam quidem personam si iidem proconsul cum consulibus infra quindennam, quod absit, post mortem defuncti concordare nequirent, ex tunc procurator seu provisor dicti hospitalis pro tempore existens illa vice dumtaxat talem instituet sub conscientia sua et fidei ac honoris sui obtestatione, ut est dictum, et pro tempore talis constitutus sine difficultate et reclamatione cuiuscunque pacifice admittetur. Omnia vero bona per decedentes in hospitali

prefato relicta iuxta arbitrium provisoris cum prescitu proconsulis et consulum pro tempore ad usus necessarios aliorum superstitionis et hospitalis utiliter convertantur; adiicitur etiam, quod, si aliqua personarum in hospitali existentium matrimonium contrahere voluerit, eo ipso dum contraxerit, seu si fragilitate carnis in fornicationem lapse fuerint seu furtum vel crimen aliquod enorme commiserint adeo notorie, quod nulla posset tergiversatione celari, talis delinquens sua portione privandus erit perpetuo, et aliis in locum ipsius infra mensem subrogandus ac etiam, si, quod absit, aliquis seu aliisque persone adeo dissolute ac importune rixis et conviciis viverent ita, quod scandalum et indevotio exinde erueret inter alias personas ibidem ac gravis aut notabilis suspicio insurgeret contra talem sic, quod communiter omnes alie contra eam moverentur, coram proconsule et consulibus pro tempore existentibus aut, ut profertur, coram instauratoribus predictis super importunitate et dissolutione ex tunc fama publica et cognito, quod ex odii fomite tales querelas non fecissent, deberet perpetuo sine conditione; hoc etiam annexo, quod, si prefati redditus assignati et alii Dei pietate assignandi in posterum reemi contigerit, pretium redemptionis provisor cum scitu et consilio proconsulis et consulum pro tempore in alios redditus consimiles convertere tenebitur sine dolo.⁴

Nos igitur Joannes episcopus predictus piis et devotis desideriis Joannis Scuwen senioris et suorum filiorum ac Henrici presbiteri predictorum favorabiliter annuentes hospitalis instaurationem et bonorum et reddituum assignatorum et assignandorum incorporationem seu donationem ac omnia et singula premissa approbamus, ratificamus et presentis scripti presentationem in nomine Domini auctoritate ordinaria confirma-

mus, redditus et bona . . . iuribus ecclesiasticis submittentes. In quorum testimonium et perpetuam firmitatem sigilli nostri una cum sigillis communitatis oppidi Borgentrike et instauratorum predictorum presentibus est appensum. Et nos Hermannus Wigermisse proconsul, Hermannus Greven, Joannes Visher, Henricus Thus, Conradus Byk, Henricus Ratghervere, Töllecke Krummen, Godtschalckus Schulteten, Henricus de Desle, Ditericus Nothelling, Henricus Overkop et Conradus Boleken prenominati consules memorati oppidi Borgentrike pro nobis, nostrisque successoribus universis ac tota communitate nostra recognoscimus omnia singula premissa fore vera et de nostrorum omnium expressa facta voluntate, quare Dei pietatis et Domini cultus intuitu personas in sepedicto hospitali degentes ac redditus ipsis assignatos seu in futurum assignandos nos et nostri successores contra . . . seu invasores quoscunque . . . pro nostra facultate proloqui volumus et tueri ac ipsos cum suis bonis omnibus, ut prefertur, in libertate, quantum nos et nostrum concernit oppidum, conservare iugiter et fovere et in horum omnium evidens testimonium sigillum nostre communitatis firmiter presentibus duximus appendendum. Nos vero Joannes Scuwen senior, Joannes et Bertoldus ipsis filii, ac Henricus de Swedekessen presbiter sepedicti etiam nostra sigilla pro evidenti veritate omnium premissorum apponi fecimus huic scripto. Datum et actum anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, in vigilia ascensionis Domini eiusdem.

Das Geschlecht der Schuwen, welche im Wappen drei rothe Bärenklauen im weißen Felde führten, findet sich seit dem 13. Jahrhundert in Paderborner Urkunden. Mit der Gründung der Stadt und Burg Borgholz um das Jahr 1291 gehören sie zu den ältesten Burgmännern derselben.

Im 14. Jahrh. hatten sie ihren Wohnsitz in Borgentreich und scheinen auch zu den dortigen Burgmännern gehört zu haben, weil sie in der Umgegend bedeutenden Grundbesitz besaßen. Daher mag sich die Beteiligung der Schuwen an der Hospitalstiftung zu Borgentreich erklären. Mit Johann Schuwen erlosch das Geschlecht um 1403, und müssen seine 1395 in gedachter Stiftungsurkunde genannten Söhne noch vor dem Vater gestorben sein. Der Schuwen'sche Besitz ging zunächst auf die beiden Schwiegersöhne Lübbert Westphalen und Heinrich von Deynhausen über und fiel schließlich den Westphalen, nachdem Wilhelm Westphalen, Lübberts Sohn, die von Deynhausen abgefunden, größtenteils allein zu. Vergl. Zeitschr. Bd. 43 b S. 60 ff. und 44 b S. 182 ff. — Das Armenhospital am Steinwege zu Borgentreich ist beim großen Stadtbrande am 8. Juni 1806 zu Grunde gegangen und seitdem nicht wieder aufgebaut; auf dem Platze wurde jüngst die neue Schule errichtet. Die Einkünfte werden dagegen wie bisher stiftungsgemäß verwendet und fließen gegenwärtig aus den Pächterträgen von mehreren Häusern und 60 Morgen Ländereien, sowie aus den Zinsen von 17850 Mark Kapitalien.

2. Ritter Raveno von Calenberg verkauft seinen dritten Teil am Zehnten zu Wilgodeissen, Suedyfessen und Immessan an Gottfried von Ermwordessen (Erwiten), Stiftsherrn (canonicus) am Busdorf (ecclesie orientalis) zu Paderborn und die Knappen Ulrich von Neder und Reinher von Ermwordessen zu gleichen Teilen (pari manu) mit dem Vorbehalt, innerhalb 8 Jahren zwischen Weihnachten und Ostern für 30 Mark reines Silber den Zehnten wieder einzösen zu können.

Zeugen sind die Pfarrer (plebani) Arnold genannt Straten zu Borgentreich, Jordan zu Herdywich (?),

Burchhard zu Warburg und Dietrich zu Calenberg, ferner Heinrich von Geismar (de Geismaria) und Hermann von der Burg (de castro), Bürger zu Warburg. 1321. Februar 26 (in crastino beati Mathie apostoli).

Nach Copeibuch aller v. Papenheim zur Liebenau aus dem Jahre 1571 im Besitz der von Papenheim fol. 52b. — Wilgodeissen ist Willegassen und Suedylessen-Schwehausen, beide in der Nähe von Peckelsheim; Immessen wüst bei Ratingen, Pfarrei Borgholz, von wo das ausgestorbene Geschlecht der von Imbsen stammte und dort seinen ältesten Besitz hatte. Nach obigem Copeibuch (fol. 34) findet sich derselbe Thiedericus in Kalenberg plebanus auch noch im Jahre 1344 (VI. Non. Martii).

3. Cord van Roden, Hille seine Frau, Cord und Henneke ihre Söhne, Geseke, Kunne und Mechtild ihre Töchter, sowie Diederich van Roden, Hampe seine Frau und Tilbracht ihr Sohn, Bürger zu Borgentreich, verkaufen an Metten (Mathilde oder Mechtilde) von deme Rethberge (Rietberg), Äbtissin zu (Neuen-) Heerse, ihren vom Stifte lehnruhigen Hof zu Eysen (Eisen), der auf 4 Hufen Landes geachtet ist, für 65 Mark schwere Warburger Pfennige.

Zeugen: Bertold, Kerchere (Pfarrer) zu Borgentreich; Gottschalk Kleinschmet, Bertold van Sidinchus und Bertold van Corbecke, Priester, belehnt zu Heerse. Mit der Äbtissin siegelt Bürgermeister und Rat der Stadt Borgentreich, sowie der dortige Stadtrichter: Hermann Wigermisse Bürgermeister, Cord Bunen, Cord Bif, Johann de Bischere, Hermann der Greve, Cord Arndes, Heinrich Thus, Tolleke Krummen, Gotte (Gottschalk) Schultete, Heinrich Raidgervere der Junge, Johann Ernstes und Heinrich van Dezele (Dössel) der Junge, Radlüde (Ratsherrn); Nolte van Siddeessen, zeitiger Richter der Stadt Borgentreich. 1393. März 24 (in vigilia annunciationis b. M. v. gloriose.

Die Neuenheerse'er Äbtissin Mechtild von Rietberg schenkte durch Urkunde vom 5. Februar (in die b. Agathe) 1400 obigen Hof, den sie mit eigenem Gelde gekauft, ihrem Stifte mit der Verpflichtung, zwei Jahrgedächtnisse zu halten, eins für ihr Seelenheil am Todestage, das andere am Freitage nach Laetare für ihre „Bründe by Namen hern Henricus itteswanne Greve to Schwalenberg, Juncfrowen Jütten, siner Dochter, und Hern Otten van dem Retberge, den Gott Gnade.“

Neuenheerse Kopialb. im dortigen Pfarrarchiv fol. 216 — 219. — Die verwandtschaftlichen Beziehungen der in letzter Urkunde genannten Personen erklären sich durch nachfolgenden Ausschnitt der Stammtafel der Rietberger Grafen (Zeitschr. Bd. 14.):

Otto I. Gr. von Rittberg 1313—1347
Gem. Adelheid, Gr. v. Tecklenburg † 1342.

| | | |
|---|--|---|
| Conrad III. 1347—1365. Gem. Ermeswinde, Gr. von Virneburg † 1358. | Otto, Domherr zu Paderborn 1347. 1377. | Mechtild, Gem. des Grafen Heinrich v. Schwa- lenberg 1314—1365. |
| Otto II. † 18. Juli 1389. Gem. Adelheid, Edle zur Lippe. | Sutta † kinderlos 1385. Gem. (1380) des Ritters Diederich Edlen von Volmestein. | |
| Mechtild, Äbtissin zu Neuen- heerse 1384—1402. | | |